

fit licita appellatio ab illa quarta sententia, revocante tertiam super nullitate, lata quoniam cum tertia sic lata super articulo nullitatis, prima dicitur & quarta, quae eam revocat, secunda est revocatoria, ita firmat...

- 52 Aymon. ubi proxime, sequitur Covarr. in pract. d. c. 25. sub n. 5. vers. novox prima interpretatione, quae doctrina dupliciter potest procedere, primo quando scilicet latis duabus conformibus super principali pro me, a quibus non appellasti, sed de nullitate dixisti proponendo actionem: vel exceptionem nullitatis adversus eandem & feratur sententia, illas nullas esse declarans, a qua ego appellavi, & meae appellationi virtute quarta pronuntietur, revocans illam tertiam (quae in hoc articulo prima est) declarans duas primas sententias, in causa principali pro me latis, validas fuisse, easque simul confirmans; tunc non dicentur tres sententiae conformes, juxta Rotam, & sequacium decisionem. Enim vero ratio esse potest, non primum iudicium illud super principali finitum est per illas duas sententias in eo latis, a quibus quia non extitit appellatum, sed de nullitate dumtaxat dictum, translatae sunt in rem judicatam, licet executioni mandari non possint, quousque hoc novum iudicium nullitatis finiat, & terminetur per tres conformes, in quo quidem de nullitate tantum discutitur, & idem licet quarta sententia confirmet duas primas principales, non pronuntiat super principali jam finito, & extincto, sed super articulo nullitatis, ac propterea non facit tres conformes, ita declarat Covarr. ubi supra, n. 5. ad fin.
- 55 Ex quo deducitur, quod illa tertia sententia annullans priores est prima respectu illius articuli nullitatis noviter propositi, & alias quatuor supra se potest expectare, cum quilibet articulus possit habere quatuor appellationes, cujus libet partis duas, quae faciunt quinque sententias, quousque altera ex partibus habeat tres conformes, ex his quae a principio hujus capituli diximus, ac ideo nullum dubium est, ut possit appellari ab illa quarta sententia, revocante tertiam (quae est prima) annullantem priores, nam ad huc est prima appellatio unicus ex partibus, quemadmodum alias videmus in gravamine, noviter illato per tertiam sententiam conformem, de quo in caeteris non est actum, cum respectu sui ipsius, & intra sui limites, hoc gravamen sit prima sententia, pariter cum licet ac ad appellari (ex his quae superius diximus) appellatio inrenitur in hoc esse prima, & caeteras sententias, & appellationes utriusque partis spectat, ita eleganter ultra supradictos post Ant. & Angel. in d. l. 1. C. ne liceat tertio provocare, docet Philip. Franc. in c. directe, col. 3. post medium, vers. tertia conclusio, de appell.
- 56 Secundo modo procedere potest praefata doctrina, quoties latis pro me duabus conformibus sententiis super principali, & a secunda fuit appellatio a te emissa, ac simul cum ea nullitatis causa proposita, & de iudicia, & superior tertiam declarat qua priores duas nullas fuisse dicit, si ab hac tertia demum ego appello, cujus virtute alia fertur revocatoria tertiae, & priores simul confirmatae: in hac quidem specie tres adesse conformes constat, cum mediante appellatione simul actum est de causa principali, & lata confirmatoria aliarum duarum, ac propterea non est dubium, ut respectu principalis causae executioni sint mandandae; nihilominus quod ab hac quarta sententia iterum possis appellare pro illa parte dumtaxat, quatenus tangit nullitatem, quoniam ad affectum nullitatis potest appellatio, & iudicium prosequi, & de ipsa alius examinari facta executione in principali trium conformium, ita probat Aymon. Savill. d. conf. 183, n. 3. Covarr. in pract. d. c. 25. post medium.
- 58 Quod fulcitur tum ex eo, quod de novo gravamine facta in ultima sententia conformi cum aliis superius late probavimus, ut etiam pendente appellatione a di-

cta adjectione, praedictae tres sententiae sequuntur, in quo conformes reperiuntur, & inappellabiles, tum etiam & ex eo, quoniam ad hoc ut sententiae conformes possint exequi, non est necessarium, ut sint tres omnino conformes cum satis sit, ut in aliquo articulo sint conformes, ut in illo, nec admittitur appellatio, ex toto vis. & l. unica Cod. de lico. tertio provocare, Clem. 1. ne re jud. & quae sursum ad principium diximus, nec impeditur executio respectu illius articuli, in quo conformes repetiuntur; ita eleganter tenet Covarr. ubi proxime sub n. 5. & notat Paul. Castr. conf. 163, lib. 2. Alex. conf. 77, col. 1. lib. 2. Decius conf. 358, Curtius Iun. conf. 30, col. 1. ae propterea cum respectu principalis causae reperiuntur tres conformes in casu proposito, non permittentes amplius appellare, executio non est impedienda, licet admittatur appellatio respectu illius alterius, & novi articuli nullitatis.

An autem dicentur tres sententiae conformes, ubi tres latae sunt, quarum prima condemnat in centum, secunda, in octoginta tertia in sexaginta aureis, & has esse conformes respectu minoris summae existimant Barb. conf. 10, lib. 2, col. 3, juxta text. in c. 1. de arbitris lib. Zenceli & Card. 6. in clem. uni, n. 2. Covarr. in pract. q. 6. 25, n. 6. ad si, quam opinionem intelligendam esse declarat; cum ille cui praedictae diminutio quantitatis, consentit expresse, vel tacite sententiae latae in minori summa, & denique omnibus, quoad illam minorem quantitatem, quem ibi vide.

At simpliciter quod sententiae dicantur conformes respectu minoris summae, & sint in ea exequendae tanquam res iudicatae, Alexand. conf. 77, in causa, & lite, in prin. n. 3, lib. 1. sequitur Cravet conf. 183, n. 2. ubi etiam allegat. Castr. conf. 234, proponitur in facto, vers. & quia videmus in similibus lib. 2. Curt. Jun. conf. 30, Petr. Surd. conf. 102, maxime num. 16, in fi. ubi quod totus mundus non potest facere, quin minor summa in sit majori, quia hoc est naturaliter verum, Afflic. decif. 362, ubi quod ita tenuit sacrum Concilium. Andr. Bar. confil. 10, col. 5. lib.

Sed contrariam sententiam, in d. quod non dicantur conformes esse etiam in minori summa, nec earum potest dari executio pro eorum conformitate minoris summae defendit Isf. in l. 1. §. si stipul. col. penult. ff. de verb. oblig. Bursat. conf. 219, n. 9. & seqq. lib. 2. sed prior verior est, & huic secundae repondent Tusc. pract. concl. tom. 7. num. 8. Cravet. d. con. 183, quam sequitur Rot. ut restatur Adrobal. dec. 241, per totam part. 1. in novif. & eandem etiam priorem opinionem, ut veram sequuntur Afflic. Foff. & alij citati ab Scac. lib. 1. caus. civil. & crim. c. 2, n. 576, vers. confirmatur, & iterum in tract. de appell. q. 17. lim. 1. n. 31.

Nonnullas exceptiones, quae trium conformium executionem impediunt, hic omitto, ejus tractatum reservans commodiori loco, ubi de executione tractemus; hic autem solum agimus, an & quando a tribus conformibus possit appellari, & an tertio appellari possit, secundum quae haecenus dicta sunt a princ. hujus capituli. Pro cujus coronide, & perfectione illud addendum supradictis, volo; quod licet unarumque partium tertio appellare non possit super una causa, seu articulo (ut late a princ. diximus) tamen poterit semper adherere appellationi sui adversarii si appellaverit, & producere jura sua, ac si ipsemet appellasse, quia quilibet appellatio est communis utriusque parti, ut per text. in l. amplior, in princ. C. de appell. ubi dicitur quod appellatio est communis etiam parti, quae non appellavit, & auditur beneficio alterius partis appellantis. facit text. in l. si. & ibi gloss. & Doctores, C. quando provocare non est necesse, & per argumentum l. perenda, C. de temp. in integr. restit. & Bal. in l. sua nobis, de app. probat. Philip. Franc. in c. directe, col. ult. in prin. v. concl. 5. & c. Joan Anton. de sancto Georg. in d. c. sua nobis, n. 7.

- de app. & ibi Decius n. 17. & 18. & ex Marant. idem tenet Scac. lib. 1. caus. civ. & crim. c. 3. sub n. 2. 6. vers. adde: & iterum in tr. d. app. q. 17. lim. 1. a n. 50. qui n. 54. declarat, & bene, ut non procedat, quando adversarius appellavit limitate in novicis duntaxat, & quatenus contra Vestri. in pract. l. 7. c. 3. sub n. 29. vers. amplius & n. 30. fol. 103. & Luc. Pac. in pract. Capitol. lib. 4. c. 1. sub n. 19. & seqq. de qua limitatione vide quae late diximus c. praecedenti, sequitur Merant. de ord. jud. 6. p. ii. de app. n. 171.
- Et ad ea, quae superius diximus in princ. quod unaquaeque pars potest bis appellare super aliqua causa, seu articulo, & sic quinque dari sententias, tota quod hodie in foro singulari raro aut numquam accidere potest, cum, post primam, aut secundam instantiam recurritur ad suprema praetoria, ubi causae per duas duntaxat finiuntur, etiam si apud ea in principio inceptae sint, juxta l. 2. & toto tit. 19. l. 4. recopul. quod secus est in foro Ecclesiastico, ubi omnes gradus reperiuntur per scripta impetrata, ut quotidie videmus.
- Pro quo adnotare potest, de hujusmodi duabus sententiis idem erit iudicandum, ac si essent tres conformes, & sub eisdem regulis, ampliationibus, & limitationibus, vigere debent, ut de simili statuto dicunt in quo habere locum clem. 1. de sent. & re jud. probant Patif. conf. 109, omisso pro nunc num. 15. & post Riminal, Contar. in l. unic. lim. 9. num. 4. vers. moveatur in fi. C. si de mom. poss. & ex Marq. & aliis latius profertur Scac. de app. q. 17. lim. 1. a n. 65 cum seqq. & a n. 51. & n. 55.
- De exceptionibus nullitatis oppositis tribus, vel duobus conformibus, (ubi ita sit statutum) quae si sic notoria patens ex actis admitatur, vide late quae nos supra hac p. c. 9. a pr. vide Covarr. pract. q. 2. §. a n. 1. Vant. de nullit. tit. quali sententia & process. qui di. nu. it. & n. 14. fol. 421. & idem in rubr. quoties & intra quod tempus n. 3. & 5. seqq. Scac. de app. q. 17. d. lim. 1. a n. 58. & latius q. 19. membr. 1. rem. 1. concl. 4. n. 25. & conc. 5. a n. 23.
- Et quae sententiae dicantur conformes, vel non, de variis ampliationibus, & limitationibus vide Covarr. d. c. 25. Scaccia d. lim. 1. per totam, fol. 283. & seqq. Marq. de comm. 2. p. c. 1. n. 4. in 2. imp. eff. Card. Tusc. pract. concl. tom. 7. litera S. concl. 172. Telt. Foff. dec. 122. per totam, ubi elegantissime & amplissime.

CAPUT XVII.

A non admisione, seu rejectione appellationis emissa super aliqua causa, eo puta quia sunt tres conformes, vel alias est causa inappellabilis; appellationi interjectae iudex non defrens violentiam facere an dicetur.

SUMMARIUM.

- 1 Sententia lata super impotentia appellanti est interlocutoria.
- 2 Sententia lata super articulo juris est interlocutoria.
- 3 Sententia lata super impotentia appellandi licet sit interlocutoria, habet vim diffinitivae.
- 4 Appellatio non est licita ab interlocutoria mere.
- 5 Appellatio licita est ab interlocutoria habente vim diffinitivae.
- 7 Appellans, cujus appellatio a iudice rejicitur, an teneatur iterum appellare.
- 8 Interlocutoria super non admisione appellationis praedictae appellanti, & ideo ab admisione appellare debet.
- 9 Appellationem ab interlocutoria si iudex rejiciat si iterum a rejectione non appelletur, an maneat deserta appellatio.

- 10 A iudice rejiciente appellationem tanquam frivolanse pars non appellet, videtur rejectioni consentire.
- 11 A rejectione appellationis appellatio non est licita in iis casibus, quibus in jus appellare prohibet.
- 12 Appellationi a rejectione appellationis an sit deferendum, pendet a natura causae principalis, a qua interponitur an illam admittat, vel non.
- 13 Juris executio non gravat.
- 14 A rejectione exceptionis non debito aut legitimo tempore opposita appellationi emissa non deferuntur.
- 15 Executore rejiciente exceptionem frivolanse appellationi emissa non deferuntur.
- 16 A iudice rejiciente petitionem ejus cujus denegat audientiam, appellationi interpositae non deferendum.
- 17 Duae sententiae ubi sic se habent ut una veniat in executionem alterius si non potest appellari a prima, nec poterit appellari a secunda.
- 18 & 21 Appellatio ubi a iure est prohibita, admittetur a iudice illam rejiciente, de nihilo serviet prohibitio.
- 19 Quod una via prohibetur alicui, ad id alia debet admitti.
- 20 & 21 Appellatio cum prohibetur, censetur prohibitum omne per quod pervenitur ad illam.
- 22 Appellatio emissa a rejectione appellationis ubi de iure non admittitur, contraria dicitur juri, & ei resistit.
- 23 Facta contra jus debent utique pro insoctis haberi.
- 24 Appellatio a rejectione appellationis, ubi de iure est prohibita, dicitur frivola, quia nullum potest juris effectum sortiri, nec unquam prodisse.
- 25 A iudice ut juris executione procedente non licet appellare.
- 26 Durum est contra simulum cecitrare.
- 27 Sententia lata a iudice tertia appellationis super eodem articulo an sit nulla ipso iure & n. seqq.
- 28 Sententia lata contra sententiam translata in rem judicatam est nulla ipso iure.
- 29 Prima sententia aliis duabus confirmata est potest resisti.
- 30 Appellatio tertia in eodem articulo cum non valeat, non de voluit casum.
- 31 Exceptio ubi sit apposta appellationem esse tertiam, & iudex se competentem pronuntiet, sententia lata a iudice tertia appellationis vigore erit validior.
- 32 Text. in c. sua nobis de appell. interpretatur, ut appellatio non sit admittenda a rejectione tertia appellationis in aliquo articulo.
- 33 Appellatio admittitur a rejectione appellationis emissa in casu, quo iudex illam admittit.
- 34 Iudex secularis iuste denegat suum auxilium petitem ab Ecclesiastico pro executione sententiae, quam per legitimam appellationem competit esse suspensam, quam nolit admittere.
- 35 Appellatio non admittitur a rejectione appellationis emissa, ubi alias iure est prohibita.
- 36 Appellationi a rejectione appellationis emissa ab interlocutoria ubi iure est prohibita; non deferuntur.
- 37 & 39 Appellationem ut iuste iudex rejiciat, causa debet esse aperta.
- 38 A rejectione appellationis per superiorem facta cum causa cognitione aut sine illa an & quando sit appellationi deferendum.
- 39 Appellationi a rejectione appellationis cujus prohibitionis causa est aperta, deferendum non est.
- 40 Capicinus & alij asserentes indidit appellationem esse licitam a rejectione appellationis, declarantur juxta nostram dictionem.
- 41 Notorium aut manifestum ubi est, appellationem esse nullam & non recipiendam, post iudex licite in causa procedere non obstant appellatione.
- 42 Secus si sumus in dubio, quia tunc regula generali est standum, cum de casu exceptio non apparat.

- 43 Appellatio a reiectione appellacionis je legitima admittenda a diffinitiva eo ipso censetur justificata.
44 Secus in casibus a jure prohibitis.
45 Vm non fieri, declarabit senatus appellacioni non deferentem a reiectione appellacionis non legitime, sed jure prohibita.
46 B nescium concessum per jus comune ubi rejicitur a judicio, licita est appellatio.
47 Appellatio si rejiciatur per judicem dicentem, eo quod causa sit inappellabilis, cum revera appellabilis sit, iudex nihil debet innovare.
48 Appellatio si jure tenet, licet non deferatur, ejus vigore iudex in hibetur juris potentia, & ministerio.
49 & 50 Sententia super impotentia appellandi licet habeat vim diffinitivam, non tamen admittit appellacionem, ubi iuste lata sit speciali ratione.
51 Appellatio a reiectione appellacionis quando sit necessaria.
52 Cognitio an appellacioni sit deferendum nec ne ad effectum exequendi sententia, pertinet iudici a quo.
53 Cognitio an appellatio sit legitima, admittenda vel non admittenda, pertinet iudici ad quem.
54 Appellatio quando evidenter est calumniosa, cognitio pertinet iudici a quo.
55 Opposita exceptione super impotentia appellandi, debet adhiberi causa cognitio ex inspectione actuum.
56 Inimari debet appellanti, an iudex deferat appellacionem.
57 Declarationi iudicis a quo an sit deferendum nec ne, nihil detrahi virtute appellacionis, nec potentia superioris, quominus iterum illam queat revocare.
58 appellatio quando rejicitur cum causa cognitione & parte opponente, requiritur appellatio alia, vel proposita adheio, ibid.
59 Secus quando sine illa reiectione sit.
60 Reiectione appellacionis eo quod sit frivola, vel alia causa expressa, requiritur novam appellacionem.

SOLET iudex appellacionem a parte interiectam quoties viderit propositam in casu, seu causa sui natura inappellabili, & non admittente appellacionem suspensivam, vel quia amplius in illa appellari prohibetur: juxta rubrum & nigrum C. n. licet tertio p. ov. & quae c. praeced. repellendam non admittendam, aut non deferendum; interloqui a quo qui sentitur se pars gravata; iterum appellans a repulsionem confugit ad Senatum Regium pro delatione ejusdem, effirmans illam esse legitimum, & ut tali illi esse deferendum, videtur probari primo ex eo, nam licet sententia lata super impotentia appellandi sit interlocutoria, quia non est lata super meritis causae, text. est express. in c. sua nobis, de app. ibi interlocutus fuit, &c. ubi not. Bald. dicens, quod sententia lata super articulo juris est interlocutoria, nam pronuntiare quod non est licitum tertio provocate, est super articulo juris, quem ceteri ibi sequuntur, & dicit menti hoc tenendum, quia alibi nec notatum, nec scriptum invenit, hoc idem voluit gl. in cle. fin. de app. facit text. in l. metum §. licet. ff. quod metus causae, tenet etiam per Archid. in c. compicatus de elect. lib. 6. Guid. Papae in tract. de app. n. 76. tamen haec interlocutoria, quatenus declarat, tertio provocare, non licere de jure, juxta d. c. sua nobis, ibi non potuisse de jure, &c. cum ponit finem causae, & ab ea excludit partem, dicitur habere vim diffinitivam; ita ad notavit Rota dec. 86. quae incipit, item si pronuntiatione, & dec. 240. alias 424. quae incipit, item si a diffinitiva, circa medium, notat Immol' & ceteri in d. c. sua nobis, ubi Abb. Panorm. n. 3. Philip. Franc. in pr. in 3. & 4. nota Ioan. Ant. de S. Georg. in n. 2. & n. 4. ergo succedit regula, quod licet a simpliciter, & merè interlocutoria appellatio non sit licita, ante sententiam Cod. quorum appell. non recipi. a. ne sententia. ff. de

app. defer. tamen ab interlocutoria viam diffinitivam habente appellacioni emissa non deferens iudex vim facit, juxta Conc. Trid. sess. 24. de reform. c. 20. & quae nos in ejus comprobationem adduximus supra lib. 2. c. 1. a pr. maxime quia cum non expectet aliam post se continet damnum irreparabile ex his, quae ibi. & d. c. 20. Conc. Prid. ergo & ab ista reiectione appellacionis appellacioni interpositae deferendum est.
Et quod sententia lata super impotentia appellandi dicatur interlocutori respectu negotij principalis, tamen quatenus diffinit articulum, & instantiam appellacionis, vim diffinitivam habere dicatur, probant post Bal. Philip. Franc. in c. sua nobis 65. n. 3. de app. Cardia. in cle. 1. col. 1. in fi. vers. 2. quare de op. & novissime Aloysius Riccius in prax. dec. 2. p. dec. 107. num. 5. & 6. fol. 148. vide infra n. 49.
Secundo & pro hac parte magis in specie urget & fortiter; quoniam non solum hoc casu permittitur appellari, verum etiam appellari pars necessaria, nam si pars appellacionem aliqua causa, seu articulo prorumpens, iudex denegaverit delationem, ab hujusmodi delationis negatione teneri de jure, aliam appellacionem interponere, probat Inn. in c. castor. §. praeterea, col. 2. de off. deleg. ubi dicit, quod quando iudex interloquitur super non admissione appellacionis, praedicit appellanti, si iterum a dicta non admissione appellatur. Unde Card. ibi 6. col. dicit, quod ad hoc evitandum debet appellans appellare etiam a reiectione & sic quando iudex rejicit, idem Card. in clem. 1. de dolo & contum. n. 9. sequitur Salcedus in add. ad prax. Bernard. Diaz. c. 10. n. 18. Afflict. in cons. reg. in proemio rubricarum n. 43. Roland. a Valle conf. 38. n. 13. vol. 1. Cened. in collect. ad decretal. collect. 17. n. 13. qui loquuntur in iudice Ecclesiastico negante hanc delationem, C. pie. late in dec. 34. n. 6. Et hinc est quod dicit Bertachi, in suo reperto, 1. p. verb. appellatio admittitur, vers. 29. quod si iudex a quo non vult deferre appellacioni, iterum debet appellari, allegat Card. in d. clem. 1. q. 4. & Panorm. ibi in additio ad gl. & quod idem Capic. in dec. Neapolit. in d. dec. 34. n. 17. ubi dicit, quod l. quando appellatio non admittitur per iudicem a quo, licitum est appellare ad iudicem a quem, & ab eo pendet admittere vel non, ex l. si cuius, & l. sciendum ff. de app. recipi. Bart. in l. chirographis §. 1. in 1. nota ff. de administ. tutor. & per Card. in d. clem. 1. de dolo & contum. & Marefilan. in suis sing. annot. annot. 22. dicit Marant. de ord. judic. 6. p. tit. d. app. n. 4. 10. quod si aliquis appellavit ab interlocutoria, & iudex non admisit appellacionem, debet etiam ab ista non admissione appellare, alias appellatio censetur deserta, & non potest gravamen reparari per appellacionem a diffinitiva, quod dicit notandum, quia poterit per hoc saepius appellanti illaque riam facere: ergo sequitur, quod si est licita, ei non deservens vim faciat.
Quibus convenit, quod supra hac 3. p. c. 6. in fi. diximus, quod quando iudex appellacionem in causa ab aliquo interiectam, tanquam frivola aliqua juris ratione motus (de quibus nos latius in eod. c.) rejicit, si pars huic reiectioni non contradixerit, appellacionem interponendo; videtur sibi praedictare, quia videtur agnoscere, eam esse frivola, & reiectioni consentire, secundum Card. Zabarel. conf. 32. Card. Tusc. 1. tom. conclus. 397. ante fi. idem tenet Card. Alex. in cap. ut debitas 59. n. 11. vers. & sic habetis de app. quem solum referens sequitur novissime Scac. de appell. q. 17. l. m. 47. memb. sub n. 166. vers. amplia secundo.
Sed contraria sententia, & opinio longe verior, nihil salor, & probabilior est: ut scilicet, ab hujusmodi appellacionis repulsionem, reiectione, & non delatione appellacioni interiectae iudex non deferens, nullam facit violentiam (admittendo eandem scilicet in terminis,

- de quibus loquimini) nempe quando iudex repellit libellum appellacionis, in casu, & causa revera, in quo sui natura appellatio, aut prohibita est, aut delationem non patiatur aut aliter excluditur; puta, quia tertia dicitur in ullo articulo, postquam bis jam appellaverat; sic itaque hujusmodi resolutio pendet a causa principali, nam si in illa jus appellacionem non admittit, nec a iudice eam non admittente, jusque exequente appellatio licita dicitur, quia juris executio non gravat; nam ubi jus non deservit, nec iudex deferre tenetur, cum appellacionibus frivolis nec jus deferat, nec sit a iudice deferendum, &c. de appell. lib. 6.
Pro quo etiam facit, nam si iudex rejicit, & non admittit exceptionem non debito, nec legitimo tempore oppositam; non est licita appellatio ab hujusmodi reiectione interposita, text. est in c. super eo, vers. si autem, de app. ubi notat per cum Joan. Anton. de sancto Georg. Card. Alex. n. 3. vers. nota ex vers. si autem. Hinc est quod executor non tenetur admittere, sed omnino rejicere exceptiones frivola oppositas; quapropter appellatio ad hujusmodi reiectione exceptionis frivola iure Calumniosa reputatur, nec deservit, tradit Ant. car. conf. 224. Boerius. conf. 14. lib. 1. sequitur Rot. decif. 155. num. 5. in novissim. recollect. per Farinac. 1. p. quibus convenit text. elegans in l. sep. qui ff. de appell. recipiend. ubi dicitur quod a iudice repellente alicuius petitionem in causa, qua jus ei denegat audientiam, appellacioni interpositae deferendum non sit ibi, audiri desiderium prohibetur, & si ob eam causam provocaverit, appellatio ejus recipi, sacris constitutionibus vetatur, &c. quod nos altius examinavimus superius part. 2. c. 8. ad me. ubi per totum capitulum egimus de deneganda appellacione, ubi lex denegat audientiam patri; ac desuper facit, quod dicit in proposito Capici. d. decif. num. 2. late Gratian. decif. 54. a num. 1. & per totam, quod quando duae sententiae sic se habeant, ut secunda sit executio prioris, si non potest appellari a prima, pariter nec poterit appellari a secunda, quae fuit doctrina Bal. in l. si cum executione. §. hoc autem, ff. de eo quod metus causae, & faciunt quae in mandato de exequendo nos diximus late supra 2. p. c. 1. per totum: ergo idem in nostro casu venit necessario dicendum, quod cum revera appellatio non admittitur in causa principali, nec admittetur emissae a iudice illam rejiciente, seu non deservente.
Insuper probatur, nam ex quo lex in causa revera prohibet appellacionem si admitteretur ab ejus reiectione, de nihilo serviet prohibitio, quia in effectu idem esset, cum pariter suspenderet iudicis jurisdictionem & impediret sententiam, seu etiam sententiarum trium conformium executionem; & sic quando jus prohibet, prohiberi etiam debet a iudice illam repellente, quia quod una via prohibetur alicui, ad id alia non debet admitti, & cum quid prohibetur, & censetur prohibitum omne per quod pervenitur ad illud, l. Honoratio ff. de sponsalibus, quo etiam argumento in specie appellacionis prohibitae utantur B. in l. uni. 4. n. 4. C. de momen. poss. fuer. appellat. Menoch. de adipsen. poss. rem. 4. n. 816. quod pertinet, quod Ancaran. conf. 38. Card. Te. concl. 101. post num. 111. tom. nam si hoc casu admittetur, nulla sententia effectum sortiretur, nec exequeretur, nec iudicium aliquod finem haberet, cum semper ab abnegata appellacionis admissione pars provocaret; & sic suspenderet semper iudicis jurisdictionem.
Ceterum quoniam eo ipso quod jus appellacionem prohibet, a denegacione iterum emissae juris contraria est, quia ei jus resistit, ac ideo non habet administratum juris, omnique ejus fomento caret, quapropter ei tanquam iustitia destituta, deferendum non est, secundum Bal. doctrinam in cap. pastor. column. 2. de off. deleg. Ill. conf. 187. column. 6. vers. sic. ubi cum que, Roland. a Valle Salgado de protect. Reg.

de quibus loquimini) nempe quando iudex repellit libellum appellacionis, in casu, & causa revera, in quo sui natura appellatio, aut prohibita est, aut delationem non patiatur aut aliter excluditur; puta, quia tertia dicitur in ullo articulo, postquam bis jam appellaverat; sic itaque hujusmodi resolutio pendet a causa principali, nam si in illa jus appellacionem non admittit, nec a iudice eam non admittente, jusque exequente appellatio licita dicitur, quia juris executio non gravat; nam ubi jus non deservit, nec iudex deferre tenetur, cum appellacionibus frivolis nec jus deferat, nec sit a iudice deferendum, &c. de appell. lib. 6.
Pro quo etiam facit, nam si iudex rejicit, & non admittit exceptionem non debito, nec legitimo tempore oppositam; non est licita appellatio ab hujusmodi reiectione interposita, text. est in c. super eo, vers. si autem, de app. ubi notat per cum Joan. Anton. de sancto Georg. Card. Alex. n. 3. vers. nota ex vers. si autem. Hinc est quod executor non tenetur admittere, sed omnino rejicere exceptiones frivola oppositas; quapropter appellatio ad hujusmodi reiectione exceptionis frivola iure Calumniosa reputatur, nec deservit, tradit Ant. car. conf. 224. Boerius. conf. 14. lib. 1. sequitur Rot. decif. 155. num. 5. in novissim. recollect. per Farinac. 1. p. quibus convenit text. elegans in l. sep. qui ff. de appell. recipiend. ubi dicitur quod a iudice repellente alicuius petitionem in causa, qua jus ei denegat audientiam, appellacioni interpositae deferendum non sit ibi, audiri desiderium prohibetur, & si ob eam causam provocaverit, appellatio ejus recipi, sacris constitutionibus vetatur, &c. quod nos altius examinavimus superius part. 2. c. 8. ad me. ubi per totum capitulum egimus de deneganda appellacione, ubi lex denegat audientiam patri; ac desuper facit, quod dicit in proposito Capici. d. decif. num. 2. late Gratian. decif. 54. a num. 1. & per totam, quod quando duae sententiae sic se habeant, ut secunda sit executio prioris, si non potest appellari a prima, pariter nec poterit appellari a secunda, quae fuit doctrina Bal. in l. si cum executione. §. hoc autem, ff. de eo quod metus causae, & faciunt quae in mandato de exequendo nos diximus late supra 2. p. c. 1. per totum: ergo idem in nostro casu venit necessario dicendum, quod cum revera appellatio non admittitur in causa principali, nec admittetur emissae a iudice illam rejiciente, seu non deservente.
Insuper probatur, nam ex quo lex in causa revera prohibet appellacionem si admitteretur ab ejus reiectione, de nihilo serviet prohibitio, quia in effectu idem esset, cum pariter suspenderet iudicis jurisdictionem & impediret sententiam, seu etiam sententiarum trium conformium executionem; & sic quando jus prohibet, prohiberi etiam debet a iudice illam repellente, quia quod una via prohibetur alicui, ad id alia non debet admitti, & cum quid prohibetur, & censetur prohibitum omne per quod pervenitur ad illud, l. Honoratio ff. de sponsalibus, quo etiam argumento in specie appellacionis prohibitae utantur B. in l. uni. 4. n. 4. C. de momen. poss. fuer. appellat. Menoch. de adipsen. poss. rem. 4. n. 816. quod pertinet, quod Ancaran. conf. 38. Card. Te. concl. 101. post num. 111. tom. nam si hoc casu admittetur, nulla sententia effectum sortiretur, nec exequeretur, nec iudicium aliquod finem haberet, cum semper ab abnegata appellacionis admissione pars provocaret; & sic suspenderet semper iudicis jurisdictionem.
Ceterum quoniam eo ipso quod jus appellacionem prohibet, a denegacione iterum emissae juris contraria est, quia ei jus resistit, ac ideo non habet administratum juris, omnique ejus fomento caret, quapropter ei tanquam iustitia destituta, deferendum non est, secundum Bal. doctrinam in cap. pastor. column. 2. de off. deleg. Ill. conf. 187. column. 6. vers. sic. ubi cum que, Roland. a Valle Salgado de protect. Reg.
Quibus quidem convenit, quod ex Bal. in cap. sua nobis de appell. notant ibi Doctores, nempe Joan. Anton. de sancto Georg. num. 8. & Philip. Franc. column. 3. vers. sed quare iuris est tertio appellari. ubi se remittit ad se ipsum in c. directe eodem tit. dicit igitur Bal. quod in tantum non potest tertio appellari in aliqua causa, seu articulo, ut sententia super tertia appellacione lata sit ipso iure nulla, cum sententia data contra sententiam translata jam in rem iudicatam, est nulla ipso iure, juxta text. in l. 1. C. quando provoc. non est neesse, cum similibus quod licet Bal. ipse declarat, & intelligat ibi hoc procedere, quando esset per adversarium exceptum & probatum scilicet ex actis processus de duabus appellacionibus praecedentibus, ut secus sit, quando exceptum & probatum non est, quia hoc casu validam esse sententiam putat: tamen contrarium adversus illum (& recte) affirmat Philip. Franc. in d. c. directe eodem tit. vers. octava conclusio sit &c. ut scilicet indistincte, & in hoc casu sententia virtute tertia appellacionis nulla sit, iuste motus, quia prima sententia confirmata per duas appellaciones & sententias, non potest rescindi, clem. si appell. de appell. clem. 1. de re jud. & probat ratione (quam dicit evidentem) tertia appellatio non valet, juxta text. in d. c. sua nobis, & l. unie. C. ne licet prov. ergo non devolvit causam ad superiorem, ut dicit Immol. in eodem c. sua nobis, circa med. ergo ejus sententia ex defectu jurisdictionis nulla est ipso iure, & hoc quando non fuit exceptum, ut inquit ille.
At verò quando fuit exceptum, & in dubium revocatum super ipsa tertia appellacione, & iudex pronuntiallet se competentem; & partes coram eo litigaverunt, tunc sententia lata valeret bene, prout in simili dicunt Innocent. & Doctores in c. super literis, de refer. ad intellect. & clem. si appell. & ad intellectum c. primi, de rescript. in 6. ubi notat per Lapam, & quod in simili dicit Innocent. in c. 1. de confirmatione util. vel. inut. & quod late ipse idem Philip. Franc. in c. ex ratione in membr. 8. princ. de appellat. & ita haec opinio Philippii Franci mihi probabilior videtur.
Amplius & haec pars fulcitur ex text. in d. c. sua nobis de appell. ubi postquam auditor cui causa commissae fuit interloquutus est, partem alteram minime potuisse tertio provocare, mandavit Pontifex ipsi iudici, ut ulterius in causa illa non procedat, partique perpetuum imposuit silentium super illa attentatum vocans quidquid in posterum gestum fuerit, &c.
Et sic sequitur ex supradictis, quod quando reiectione appellacionis, seu non admissione ac denegata delatio cadit super causa, seu articulo privilegiato, illam non admittente, vel aliter prohibente, quia tunc a reiectione,